

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1603

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 159 / Tabuteau 227, 228 / ARTEM 2802 / Round 1172

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1063-1066]

**Lieu d'émission :** Domfront

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard tranche un procès qui opposait les moines de Marmoutier et ceux de Saint-Pierre de la Couture au sujet du bourg sis auprès du château de Laval.

Les moines de la Couture prétendaient que ce bourg, don de Guy de Laval à Marmoutier, était en réalité rattaché au prieuré d'Auvers-[le-Hamon] qui leur avait été déjà dévolu par ce seigneur. Ce litige donna lieu d'abord à un plaid devant Guy de Laval : celui-ci déclara qu'il avait attribué la terre contestée à un certain Guarinus prieur d'Auvers, pour qu'il édifie une église et un bourg, étant entendu que l'abbaye constituée en ce lieu serait à la tête du prieuré et de tous les biens en la possession de Guarinus. Ce dernier étant mort avant d'avoir pu réaliser sa tâche, ces propriétés n'avaient fait l'objet d'aucune autre donation jusqu'à ce qu'elles eussent, beaucoup plus tard, été attribuées à Marmoutier.

Guy se déclara prêt à confirmer ces dires par serment, mais se refusa à subir l'épreuve du fer rouge réclamée par certains. L'affaire resta en suspens jusqu'à ce que Guillaume eût obtenu le comté du Mans. Ce prince décida finalement en sa cour, de ne pas recourir à l'épreuve judiciaire et d'ajouter foi au serment de Guy, affirmant que les biens réclamés par Saint-Pierre de la Couture n'avaient jamais été rattachés au prieuré d'Auvers et n'avaient pas été compris dans la donation du prieuré faite à cette abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bertrand de Broussillon Arthur, *La maison de Laval 1020-1605*, étude historique accompagnée du cartulaire de Laval et de Vitré, Paris, Picard et fils, 1895-1903, 5 vol., n° 28, p. 39.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°159, p. 344-348.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1172, p. 424.

## Dissertation critique

1063-1066, 22 septembre. Cet acte est postérieur à la conquête du Maine en 1063 (FAUROUX, p. 345).

Texte établi d'après b

NOTUM SIT OMNIBUS QUOD GUIDO DE VALLE DEDIT MONACHIS MAJORIS MONASTERII AD BURGUM FACIENDUM QUANDAM TERRAM JUXTA castellum suum, hoc est juxta Vallem, et cum in ea burgum fecissent, calumniati sunt illis monachi Sancti Petri de Cultura terram illam, affirmantes eam pertinere ad ecclesiam de Alvers. Dicebant enim quod Guido olim dederat ipsam terram Guarino cuidam monacho ita ut esset acclinis illi ecclesiæ. Venerunt ergo utrique monachi, de hac re, ad placitum ante Guidonem apud Vallem. In illo placito narravit Guido, se dedisse Guarino terram illam ad burgum faciendum, et ad monasterium construendum, cujus esset abbas ipse Guarinus, ea conventionem ut Guarinus ecclesiam de Alvers, et quæcunque posset acquirere, faceret acclinia illi monasterio. Quod, cum Guido narrasset, judicatum est quod hoc deberet juramento probare, et iudicium portare. Ille, ad utrumque paratus, tradidit ibidem quendam servum suum nomine Sevaldum Rainaldo abbati de Cultura, asserens tamen non esse justum de hac re portari iudicium, nisi solum fieri jusjurandum. De qua re iudices dubitantes prolongaverunt amplius terminum iudicii, ut interim inquirerent an recte iudicassent. Sed cum ille terminus advenisset, illi iudices defuerunt, Guido tamen præsentavit suum hominem abbati Rainaldo apud Ebronium. Cum autem dicerent illi, qui aderant cum Guidone et cum abbate, magnum malum esse portari iudicium, si justum non esset, statuerunt Guido et abbas ire ante episcopum Andecavensem, et sequi quod ille iudicaret, posueruntque terminum quando ire deberent. Euntibus autem, mandatum est episcopum adesse non posse, sed episcopus quia in illo termino adesse non potuerat, alium terminum posuit quando sine ulla dubitatione, paratus esset ad causam illorum, ita ut nulla occasio eum inde retineret, nisi forte quæ evitari omnino non posset. Hoc est Sanctæ Crucis Exaltationem, in crastino festivitatis Sancti Maurilii. Quod cum Guido, infra octo dies quam episcopus hunc terminum posuerat, abbati Rainaldo mandasset per Johannem monachum filium suum, et Aimericum, Effarue cognomento, hominem suum, respondit abbas, audiente Fulcone de Boeria, se non deinceps illuc esse iturum. Quod audiens, Guido remisit in crastino eundem Johannem, et Guielinum Britannum ad abbatem, et obtulit ei per Guielinum, planum jusjurandum, et si nollet accipere a Guielino, expectaret usque in tertium diem, Guido ipse veniret et ei ipse juraret. Abbas autem, teste supradicto Fulcone de Boeria, utrumque recusavit. Non multo post tempore transacto, cum Guillelmus Normanniæ comes Cenomannicam urbem haberet adquisitam, tenuerunt iterum de hac re utrique monachi placitum ante illum. Sed, cum iudicium variaret, et iudices alii faverent istis, alii illis, comes intelligens quod iudicium non ibat per rectum, utrique enim rectum habere non poterant, precepit differi placitum, quia ipse aliis curis occupatus ad hanc causam intendere non vacabat, et res quæ in calumnia erant, de potestate monachorum abstinuit, et Guidoni iussit ut eas tamdiu in sua potestate haberet, donec causa diligenter examinata, illis redderentur quibus eas rectum appor taret, Guido autem tradidit eas cuidam homini suo, nomine Hugoni filio Natalis. Post non longum tempus, cum comes teneret curiam suam apud castellum quod habet nomen Domnus Fronto, tenuit placitum de hac ipsa re, et iudicavit, tam ipse quam curia sua, quod de hac re iudicium portari justum non erat, sed tantummodo jurare debebat Guido quod rem illam quæ in calumnia erat, nunquam Guarino monacho dederit, ita ut esset acclinis ecclesiæ de Alvers, nec monachis de Cultura, quando dedit eis ecclesiam de Alvers. Præsertim, cum Guarinus ille nunquam fuerit monachus Sancti Petri de Cultura, sed Sancti Carileffi. Hoc jusjurandum, cum Guido offerret Rainaldo abbati, et ille nollet recipere, præcepit comes reddi monachis Majoris monasterii res suas solutas et quietas. Et ita causa quæ diu pepen derat in dubio per publicum et legale iudicium definita est.

Hujus definitionis testes.

Guillelmus ipse comes, Odo episcopus Baiocacensis, Johannes episcopus Abrincatensis, Hugo abbas de Longoledo, Gauscelinus presbiter, Johannes monachus noster, Lanfrannus monachus, Ruvallonius de Dol, Richardus vicecomes Abrincatinus, Rannulfus vicecomes Baiocacensis, Gualterius Tirellus, Hamo de Valle filius Guidonis, Gauslinus de Alta Noisa, Burchardus de Cadurcis, Lisiardus de Alvers, Gauslinus frater ejus, Algerius de Bugnonio, Guidelinus vicarius, Fulcodius de Marboio, Hugo Bucellus.

Variante, version A' :

Nosse debebitis, si qui eritis posteri nostri Majoris scilicet hujus habitatores monasterii Sancti Martini, et Cynomannenses monachos Sancti Petri de Cultura calumniam intulisse nobis super burgo quodam nostro apud Castrum quod vocatur Vallis sito ejusdemque burgi re ditibus universis, dicentes scilicet pertinere hæc ad cellam suam de Alverris, eo quod Guido prædicti castri conditor et possessor, qui nobis illa donaverat, jamdudum donasset ea Guarino cuidam monacho Sancti Karileffi, qui cellæ illi fuerat præpositus, eo tempore quo ab ejusdem Sancti

monachis obtinebatur. De qua calumnia placitum idem Guido tenuit contra illos primitus in curia sua, et qua ratione Guarino illi res illas donasset exposuit ita : cum ille, ab abbatis sui subjectione recedens, cellam illam vel quæcumque posset in suam cœpisset habere proprietatem, ab eodem Guidone terram ad construendam ecclesiam et burgum apud castrum ipsius ea ratione petiit et impetravit, quatenus abbatia ibi esset, quæ caput existeret tam cellæ illius quam rerum coeterarum omnium, quæ circum circa idem posset habere Guarinus. His ita placitis, cum ad illud opus attractum cœpisset facere Guarinus, paulo post vix adhuc cœpta dimisit occisus. Aliter non se res illas donasse Guarino, nec præter ipsum solum alii cuiquam ullo modo nisi post multa scilicet deinceps tempora nobis. Etiam jurejurando probare Guido paratissimus fuit, sed cum ferri calidi iudicium a quibusdam judicaretur pro hoc esse portandum, et Guido non hoc esse contenderet rectum, tamdiu contentio ista duravit, donec Guillelmus Normanniæ comes comitatum Cynomannensem obtinuit. Is etiam, in curia sua super ea causa placitari precepit, et agitatum est placitum. Sed cum non recto iudicio quam plurimis videretur esse finitum, et quod hinc quoque contentio esset, prædictus comes audisset, reservari istam suæ precepit audientie causam, ita scilicet ut res ipsæ nobis donatæ et ab illis monachis reclamatæ, nec nostræ nec illorum potestatis sed solius essent interea Guidonis, cumque fuissent diebus non multis, tandem die festi Sancti Mauricii cum sociis suis apud castrum quod Domnus Fronto vocatur, tamdiu causa protracta ita quandoque comite ipso præsentate ac iudicante finitur. Præsto fuit ut jamdudum antea Guido præbito per seipsum fidem facere sacramento, et si comes sæpedictus iudicaret, etiam portato iudicio, quod res illas a se donatas nobis et reclamatas a monachis supradictis, nec unquam donatione ulla cellæ de Alverris addiderit, nec monachis eisdem, quando eis illam idem ipse contulit cellam, de rebus illis donaverit penitus quicquam ; satis hinc iusjurandum esse, nec amplius hac in causa Guidonem facere debere, iudiciumque pro hoc esse portandum injuste iudicatum unquam fuisse, tam comes predictus quam tota curia definivit ipsius. Ita publico, tunc ibi legalique iudicio, res ille nobis reformatæ nostrique decretæ sunt esse debere perpetui juris. Testibus istis :

Willelmo comite Normannensi, Odone, fratre ipsius, episcopo Bajocacensi, Johanne episcopo Abrincatensi, Hugone abbate de Longoledo, Lanfranno monacho, Johanne monacho nostro, Ruvallonio de Dol, Richardo vicecomite Abrincatino, Rivia (?), Rannulfo vicecomite Baiocacensi, Walterio Tyrello, Hamone de Valle filio Guidonis, Gauscelino de Altanoisa, Burchardo de Cadurcis, Lisiardo de Alverris, Gauslino fratre ejus, Algerio de Bugnonio, Widelino vicario, Fulcodio de Marboio, Hugone Bucello.